



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

59. An qui commisit peccatum nefandi gaudeat Immunitate Ecclesiarum?  
Ex parte 4. tractatu 1. resol. 45.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

quoad privilegium immunitatis Ecclesiarum nihil operatur dicta pragmatica; vt in specie casus nostri tradit Ambrosinus *de immunit. cap. 3. num. 6.* & Peregrinus *cap. 6. num. 9* vnde caueant Episcopi Siciliae à Mario Italia *lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 20.* & 40. vbi videtur approbare etiam in ordine ad immunitatem Ecclesiarum supradictam Pragmaticam. Et aduersus illum præter Doctores citatos insurgunt ipsimet Consiliarij Regij, vt Peguera *decif. 410.* & Mastrillus *de indul. cap. 33. num. 7.* Et ratio est, quia statuta Principis Laici non possunt tollere, neque aliquid determinare circa Ecclesiarum immunitatem: sed hoc ad summum Pontificem spectat.

4. Notandum, est etiam hinc obiter contra Innocent. in *cap. inter alia, & ibi Hostiensis num. 4.* & Ioannem Andream *num. 6.* & alios, non dici Latrones publicos & grassatores viarum, nisi qui depradantur in viis publicis, & itineribus frequentatis: at non sufficit, quod per insidias furentur, etiam si non fuerint in loco publico. Et ratio est, quia textus expressè loquitur ibi. Itinera frequentata, & publicas stratas obsident: tum quia nomen, via, publicum iter denotat: & quia illa verba ad declarationem delicti fuerunt apposta, & ita docet Nouarius *summa Bullar. tit. de immunitate, num. 47.* Ambrosinus *cap. 3. num. 5.* Farinacius *cap. 12. num. 165.* Vide etiam Mastrillum *de indul. cap. 32. num. 8.* & Riccium *part. 4. decif. 144.* & alios penes ipsos.

5. Verum publicis latronibus & grassatoribus viarum adiecit summus Pontifex agrorum depopulatores; circa quos nihil aliud dignum adnotatione occurrit, nisi illud curiosum quidem & difficile, An stante constitutione Gregoriana diurnus agrorū depopulator gaudeat immunitate. Dixi, *diurnus*; quia de nocturno non est difficultas; & negatiuam sententiam docet Barbosa *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 87.* quia verbum, *nocturnus*, appositum in *cap. inter alia, de immunit. Eccles.* fuit à Gregorio XIV. in sua Bulla ademptum, & absolute excludit ab immunitate agrorum depopulatores. Et ita hanc sententiam tenet Farinacius *de immunit. cap. 11. num. 161.* Ambrosinus *de immunitate, cap. 4. n. 5.* Bonacina *tom. 2. disp. 3. quest. 7. punct. 6. §. 1. num. 5.* & alii.

6. Sed his non obstantibus diurnos agrorum depopulatores gaudere Ecclesiarum immunitate, docet Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 9. nu. 5.* quia, ait ille, constitutio Gregoriana ad firmandum ius commune, & reuocanda priuilegia illi contraria expedita fuit: ergo cum solum dixit, depopulatores agrorum, intelligenda est iuxta ius commune, quod solum nocturnos excludit: nam si Pontifex intendebat depopulatores tam nocturnos, quam diurnos comprehendere, debebat exprimere: quia ius commune non debet ceteri correctum, nisi claris verbis constet. Præterea hæc exclusio derogat immunitati, & constitutio est odiosa & penalis: ergo de solo nocturno, & non diurno debet intelligi. Ita Castrus Palaus.

7. Sed tu caue huic adherere opinioni; nam licet videtur fauere Ecclesiarum immunitati, maxime illam lædit; nam ex dictis rationibus, quas Palaus adducit, videtur confirmare sententiam Gambacurtæ, & aliorum aduersariorum asserentium constitutionem Gregorianam tollere tantum priuilegia, sed non derogare iuri communi, quod quidem falsum esse dicendum est cum Chartario *decif. crimin. 95. num. 4.* & aliis Doctoribus, quos ego citavi in *part. 1. tract. 1. resol. 1.* & determinauit Sanctissimus Pontifex Clemens VII. in Breui ad Archiepiscopum Hahedum Panormitanum sub die 6. Februarii anno 1597. vt ego supra obseruavi, & obseruat nouissime Nouarius in *Tom. IX.*

*Sūma Bullar. tit. de immun. n. 2.* Vnde venit refellendus Peregrinus *de immunit. cap. 2. num. 11.* quatenus dicit constitutionem Gregorianam non corrigere ius commune.

8. Sed hic obiter non est omitendus casus, qui frequenter solet accidere. An videlicet captiuantes personas, & eas componentes in quocumque loco, gaudeant immunitate Ecclesiarum: & negativè respondet Ioannes Maria Nouarius in *summa Bullar. tit. de immunitate, num. 44. in fine,* qui citat Mastrillum.

9. Sed hæc opinio ita absolute prolata mihi non placet; nam tunc puto supradictos non gaudere immunitate; quando vt publici latrones in stratis ac viis publicis vel in campis, siue vt grassatores etiam intra vrbium vias huiusmodi personarum captiones & compositiones, vulgò *Ricati*, admiserint; & hoc pluries non semel tantum, aut iterum fecerint: scus autem si priuatim, ac secretò captiuarent personas, vel missis aliquibus nunciis (vt olim pluries per multos menses Panormi accidit) aliquas composuerint personas etiam minis per nuncios vel litteras comminatis: nam vtiq; in tali casu ab immunitate non erunt excludendi; quia sic captiuantes, neque publici latrones, neque grassatores dici possunt; ergo gaudere debent immunitate. Et idèd hanc sententiam nominatim aduersus Nouarium, tenet Carolus Maranta in *controuers. iur. par. 2. respons. 46. num. 10. & seq.* Neque Mastrillus à Nouario adductus facit contra nostram sententiam; nam loquitur in terminis indulti à Rege concessi, & non in terminis constitutionis Gregorianæ, quæ excludit omnem extensionem de casu ad casum; & ego puto etiam in terminis iuris communis supradictos Reos Ecclesiarum immunitate gaudere.

R E S O L. L I X.

An qui commisit peccatum nefandi, gaudeat Immunitate Ecclesiarum? Ex part. 4. tract. 1. Res. 45.

§. 1. **N**egatiuè respondet Ludouicus Correa in *Sup. hoc supra in Res. 25. §. Vnde, & in Res. 27. §. Quæro quarto.* *relect. ad cap. inter alia, de immunit. Eccles. part. 3. num. 40. quest. 17.* quia in grauissimis delictis, & in quibus includitur atrocitas & abominatio, Ecclesia non debet patrocinari, & ideo etiam alia peccata contra naturam immunitate non gaudebunt. Ita ille, qui citat Rodriguez in *99. regul. tom. 2. quest. 51. art. 4.* Auendagnum *de exequen. mandatis, part. 1. cap. 229.* Phæbum *tom. 1. decif. 81. num. 7.* Barbosa *ad ordin. tom. 2. lib. 2. §. 1. num. 5.* quibus adde Marium Italianum *de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 3.*

2. Sed hæc opinio, stante Bulla Gregorij XIV. non est tenenda, quia in illa crimen nefandi non exceptuatur, & dictam constitutionem non esse ad alios casus extendendam, satis ex eius lectura patet. Nam, vt \* Alibi probaui, Summus Pontifex in illa, dum excipit aliquos casus, apponit dictionem *taxatiuam tantum*, cuius natura est impedire extensionem, vt notat inter alios Ambrosinus *de immunit. cap. 1. num. 14.* Peregrinus *cap. 6. num. 24.* & alij scribentes super dictam Bullam; & ideo committentes crimen nefandi gaudere immunitate Ecclesiarum, in terminis docet Farinacius in *appen. de immum. Ecclesiar. cap. 6. num. 98.* Castrus Palaus in *opere morali, tom. 2. disp. unica, de immum. Eccles. punct. 10. num. 6.* & Marius Giurba *conf. 100. num. 4.* quod ego etiam puto, stando in iure communi, nam Canones absolute asserunt Ecclesie immunitate gaudere omnes ad eam confugientes pro quantum

Et pro supra contento in hoc textu infra in Res. 71. §. Vlt. & in Res. 81. a Un. 9. Verf. Et clare. & Res. 90. & in §. Sed ego per totum, signatè in fine.

\* Alibi supra in Res. 3. Sed proflus. & in Res. 26. §. Sed hæc. & seq.

Quæ hic est res. Ref. s. 3. Res. & in 250 eius.



uis grauiſſimo, & atrociffimo crimine: vt patet in cap. inter alia de immunitate Eccleſie vbi expreſſe cauetur liberum hominem non eſſe violenti ab Eccleſia extrahendum, quantumcumque graua malicia perpetraverit, ibi Hoſtienſis num. 1. Ancharanus num. 2. & 6. & alij, cum Farinacio vbi ſupra iuncto num. 85. Sed quidquid ſit de iure communi, in terminis Bullæ Gregor. de hoc caſu amplius non eſt dubitandum, quidquid dicat Marius Italia ſine fundamento vbi ſupra, & ideo hanc ſententiam tenet nouiſſimè Sanchez in opusculo tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 10. num. 2. & ante illum Bonacina in Decalogum diſp. 3. quaſt. 7. punct. 5. num. 24.

## RESOL. LX.

An Mercator, qui fraudulenter decoxit, gaudeat Immunitate?

Et an ſimplices debitores, qui ſine cauſa criminis conſugiunt ad Eccleſiam, gaudeant Immunitate,

Idem dicendum eſt de debitore publico, & exactore tributorum, & debitore ex cauſa adminiſtrationis, & redditionis rationum, & de obligato ad ratiocinia publica, vel de officiali debitore ex cauſa Syndicatus. Ex part. 1. tit. 1. Ref. 32.

\* Sup. hoc in Ref. ſeq. & infra in Ref. 67. curſum in §. vlt. & in Ref. 97. §. penult.

§. 1. **N**egatiuè reſpondet Gambac. lib. 4. c. 15. n. 7. in terminis noſtræ Bullæ, & ita etiam docuerunt ex Theologis, Ioan. de la Cruz in direct. conſcient. p. 1. par. 8. q. 3. art. 1. dub. 1. concl. 1. Fagundes de Precept. Eccl. tract. 2. lib. 4. cap. 4. num. 53. Rodriguez in ſum. tom. 7. c. 154. num. 1. & ex Iuriſperitis Bobadill. tom. 1. lib. 2. c. 14. num. 67 & 71. Villadiego in Polit. c. 3. num. 216. Azuevedus tom. 3. lib. 5. tit. 20. leg. 6. n. 2. Gutierrez pract. 99. lib. 1. q. 1. per tot. & alij: quia Pius V. in Conſtitutione edita anno 1570. eos furibus aſſimilauit, & in illos vltimam poenâ ſupplicij inſiſxit. Deinde aſſerunt multi, illos inſuſos eſſe in noſtra Bulla Gregoriana ſub nomine publicorum latronum: & in hanc ſententiam tandem inclinat Tanner. in 2. 2. D. Thoma diſp. 5. q. 8. dub. 1. num. 17. & noſter P. Peregrin. de immunit. cap. 12. num. 4. in fine.

\* Sup. hoc ſupra in Ref. 23. in fine. & infra in Ref. 81. etiam in fine.

2. Sed ego his diebus in caſu N. contrarium conſului: & ita poſtea Romæ in Sacra Cardinalium Congregatione fuit deciſum; nempe, decoctorem etiam fraudulentum, immunitate gaudere. Et reſpondebam ad Doctores citatos pro Gambacurta, & Peregrino, ipſos non loqui in terminis Bullæ Gregorij XIV. quia \* in Hiſpania dicta Conſtitutio non eſt vſu recepta, vt notauit Portel. in dub. regul. ver. Eccleſie immunitas, num. 9. Et ratio eſt: quia, vt ſapientiſſe diximus, in dicta Bulla non priuantur dicti decoctores immunitate: nam inter caſus exceptos, caſus decoctorum non inuenitur, & dicta Bulla non eſt extendenda ad alios caſus ibi non expreſſos. Deinde, hoc apparet ex verbis Bullæ: nam ibi Pontifex reuocat omnia indulta, & priuilegia data Principibus, vt poſſint ad Eccleſiam conſugientes extrahere, & præſertim fraudulentos decoctores. Vnde, cum in iſta narratiua talium decoctorum efficiatur mentio; de quibus poſtea, quando Summus Pontifex diſponit, ne verbum quidem de illis; apparet manifeſte Pontificem voluiſſe huiusmodi decoctores gaudere: & ita in terminis huius Conſtituti. docet Farinac. de immunit. cap. 3. num. 64. retractans ſe de contraria opinione, quam docuerat antea in tract. de carcer. q. 28. n. 33. Idem docet Gratian in diſcep. forenſ. tom. 2. c. 380. n. 29. Girona tract. de Priuileg. c. 23. num. 1035. Ambroſin. de immunit. c. 13. num. 4. Flauius Cherubinus in Compend. Bull. tom. 2. conſt. 117. Pij V.

ſchol. cum alijs Iuriſperitis: & ex Theologis Nauar. in Manc. 25. n. 19. Durand. in Bull. Con. lib. 2. can. 5. q. 16. n. 6. Bonacini de leg. diſp. 3. q. 7. §. 4. n. 2. Fernandez in Exam. Theol. mor. p. 4. c. 10. §. 1. n. 10. & alij. Ad id verò, quod dicebatur in contrarium, quod ſub nomine publici latronis includitur decoctor, negatur; & vt dixi, ex verbis ipſius Bullæ contrarium apparet. Adde, quod ſi dicta ſententia eſſet vera, ratò in praxi occurreret: quia difficile admodum eſt, vt notat ipſemet Peregrinus, concurrere in aliquo decoctore ca, quæ neceſſaria ſunt ad publicum latronem conſtituendum, & maxime actum frequentia. Ex his apparet; quàm cautè legendi ſunt aliqui Iuriſperiti, & præſertim Hiſpani, aſſerentes, etiam ſimplices debitores, qui ſine cauſa criminis conſugiunt ad Eccleſiam, non gaudere illius immunitate. Et ita docet, citans alios, Hieronym. Couall. in tr. de cognit. per viam violentia. p. 2. q. 5. n. 6. nam hæc opinio eſt contra immunitatem Eccleſie, & Conſtitutionem Gregor. vt notauit Farinac. vbi ſupra. de imm. c. 3. num. 57. & 62. vbi citat multos alios, quibus ego addo Graff. tom. 1. lib. 3. conſ. 1. per tot. de immunit. Eccleſie. Portel. in dub. reg. ver. Eccl. immunit. n. 14. Peregr. de immunit. c. 12. n. 10. Bonac. de leg. diſp. 3. q. 7. §. 4. n. 2. Megal. in 3. p. lib. 3. c. 2. q. 2. n. 33. qui teſtatur de communi Doctorem ſententia. Et hæc doctrina procedit, etiam ſtante ſtatuto, quod debitor carcerari poſſit & quod ſit ſuſpectus de fuga: & etiam in debitore publico, vt eſt exactor tributorum. Idem dicendum eſt de debito ex cauſa adminiſtrationis, & redditionis rationum, & de obligato ad ratiocinia publica: vel de Officiali debitore ex cauſa ſyndicatus. Ita ſupra citati DD.

## RESOL. LXI.

An decoctores vulgo dicti Falliti, gaudeant Immunitate?

Et an debitores fraudulenti ad Eccleſiam cum bonis conſugientes non debeant ibi multo tempore tolerari, ſed ab Eccleſia ſine cuiendi? Ex p. 6. tr. 1. Ref. 17.

§. 1. **N**egatiuè reſpondet Sarpus cap. 5. fol. 50. Qui verò (ait) per fraudem decoxit, cumque ſit ei ſoluendo creditores fraudat, vt iniuſte ditari poſſit, immunitatis priuilegio non debet vti: quod re ipſa id publicorum Latronum ſit ſpecies quedam, & cuiusmodi etiam Pij V. conſtitutione declaratur. Sic ille.

2. Sed ego etiam contra alios affirmatiuam ſententiam docui in 1. p. tr. 1. reſol. 32. quàm poſt conſtitutionem Gregorianam exiſtimo certa m: quia Decoctores tales nec ratione debiti, nec ratione delicti immunitate priuandi: non ratione debiti, aliàs omnes debitores eſſent excluſi a priuilegio immunitatis: non ratione delicti, quia hi non ſunt depopulatores agrorum, & latrones publici, qui ſolùm ſunt ab immunitate excluſi: & licet à Summo Pontifice Pio V. publicis latronibus æquiparentur; non ſequitur ex hoc quòd in priuatione immunitatis debent æquiparari, quia poenâ non ſunt extendendæ ad delicta ſimilia, vt in ſpecie de hac conſtitutione loquens, firmat Chartarius deciſ. crimin. 46. num. 72. Farinacius tom. 1. conſil. 76. num. 13. Ambroſinus de immunitate, cap. 1. num. 14. Locatellus de tortura, inſpect. 5. num. 158. & alij. Ergo, &c. Et ideo noſtram ſententiam præter Doctores à me vbi ſupra notatos, tenet Caſtrus Palaus tom. 2. tract. 11. diſp. vnic. punct. 8. num. 6. & Sanchez in opusculo, tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. numer. 24.

3. Notandum

Sup. hoc, & ſeqq. ſupra in Ref. 56. §. Vlt.

Quæ hic eſt Ref. antecedens, & infra in Ref. 67. §. vlt. & in Ref. 97. §. penult.